visam rationem effectuato prefatæ Decreto
ad tempus commodius differtur.

Proventus Sequestrati

Retulit Illmis Circuis Lubliniensis Procurator
Resolutiones tam Supremi Gubernij Leopoliensis
qm Officij Circularis Responsionis intuitu con
ficiendæ Notitiæ, et nomine Ecclesiæ Capituli Cor
silio Permanenti tradendæ ac Testimonij a
Celsmo Principe Eppo Coadjutore super eo qd
Ecclesia Collegiata sit simul Parochialis ob
tinendi Varsaviam ad Illmum Circuis Actari ejus
transmissæ eandemq Illmi Circuis Actari rece
ptæ fuisse fatetur, verum Testimonium superadicti
denegatum est ex hoc motivo, quod Negotium omnium Ecclesiæ injuriatur in Comitiis Regni Grodnensibus circa celebrandis tractabitur.

Summa in Gnaliste Judeor.

Prosecutio causæ in Judicio Thesauri Regni
intuitu Summæ 20m Gnlati Judæorum
et Sandomiriensium Illmi Circuis Actari Varsa
viecommorantis recommendata est cujus absen
tiam et promotionem Illmi Circuis Actari sollicitus est.

Synagoga Sandomiriensis.

Relatio intuitu Censuum a Summa Capitali 2m
fl. provenientes Sieri qe fl. 2 [illegible] qua sub
missionem a Synagoga subsecutam debitor nec
non Summæ Capitalium, in eadem Synagoga hæ
rentium ad Jus Cap. spectantium vindicationis
diu convalescentiam virium Illmi Circuis Dilec
ti Procuratoris nunc debilitate virium existentes
suspenditur.

Debitum apud Fisci Malczewski

Decretum circa indicandum debitum aureorum Nummor 27 fl. 12. gr. 4. ex Tenuta Camerarum Granarij Capitularis apud Eundem Fiscum Malczewski hierontium sub in ovbore conservetur, quique effectuatio Illmi Dni Procuratori praemittatur.

Xmie in Wielogura et Samborzei

Perillus Dnus Boxa retulit, cum Mio Posessore praedictorum bonorum in negotio concessionis extradationis ex Agris Novalibus Xmie se tractare resolutionemq ab Eodem obtinuisse quod ex praedicto Agro juxta quem per antiquum subditus suus extradere Xmis demandabit

Decima in Smiechowice.

Relatio de subsecuta negotij hujus terminatione similiter suspenditur ad revalescentiam virium Illmi Dni Dziboni Procuratoris

Argentum conflatum

Ponderatio Argenti ad commodius tempus reservatur.

Lamina aurea.

Pro labore Adalberti Patyali circa reparationem Tecti Ecclesiae subito Aurei duo ex Procuratoria Eidem extradendi determinati sunt.

Obstaculo in Cistula.

Illmi Dnus Kasimirowicz retulit Retinam Obstaculum sub granario integre jam reparatum esse, sed quoniam a praedicta reparatione virgultar aliquot currus restant, utrum sub domo Capitulari periculo eversionis ob vicina obstaculum novum confici non possit concludi petiit. Dns. Capitulum ex motivo quo non adeo virgultar notabilis quantitas reperiatur a confectione novi obstaculi abstinendum esse. Paludibus instigendis firmandum esse concluserunt.

Materialia in Samborzec

Illustres Sobiczyński et Lesznowscy retulerunt
in virtute Deputationis sibi vendisse in fundo
Plebanali ex scapha ligneâ materialia
in Nro 46 in ulegalis longitudinis repertâ atta-
men de pretio eorundem nulla penitus habere
notitiam a Dispositore, intulerunt. In Cap.
praedicto Dnis Delegatis impetrauit, quate-
nus capitato tempore iterum condescendant
pretium ejusdem materialium constituant
Tabernae in Lysowice antiquam reindeant
etsi ad reparationem aedificii Plebanalis
profutura videbitur, transportationem ejus
Dispositori injungant, et quidquid de ejus
reparationi erit applicanda decernant.

Consensus ad levandas Summas capitales

Quoniam census a Summis Capitalibus primae
super Bonis Nastawice Mei Kraliowski altera
super Sadowie Mei Dzbski haeredi-
tarias, tertia super Ostrotkowa
locatis et inscriptis provenientes
a multis annis sunt retente, et praedictor
bonorum Dni Possessores in exolutione censuis
semper adinvenerunt esse difficiles quatenus
ad Judicia pro deportandis una cum Provisore
Summis Capitalibus obtenta prius per Illu-
strem Procuratorem apud Celsum Principem
Illmum Coadjutorem levandi et in alia bona
transportandi praefatas Summas facultate
tem obtentur concessum.

Lacus in Popowice.

Illatum est, quod Prius Billewicz obten-
to Contractu Arendatorio super pratis et parti-
culis agror in Regno Poloniae existentibus in
possessionem ejusdem dimissis solummodo pro
uno Anno fl. 40 exoluerit, pro currente verò
restantiam qd n exolverit compactatam Lue-
tam verum nullatenus adusq; reperiatur super
provisionem Contractus fecerit. In Capitu
supradicto Dnus Billewicz requirendus de
solutione constituta Luetae indilata esse
censuit.

Interesse Rndi Withowski.

Illmi Cncus Kuriatkiewicz Supis Eccles. Lan. nicus Honorarius Testamenti olim Adm R. Withowski in Turbia Jurati Executor requisitus de Summa per fata praefati Testatoris ad Jms. Capitulum spectante. Regestrum Massae Substantiae conscriptum exhibuit, ex eoq. qua et quanta Summa Jms. Capitulo debeat erui et deferiri et eliceri postulavit. Jms. Cap. perlecto Regestro: Siquidem ex eoq. apparet quod Illmi Referens ex Summa 1725. flor. pro integranda Massa Substantiae post fata R. Withowski dotalitia constituebat, juxta Decretum Cumae Episcopalis Kielcensis moderno Juratio pro adimplendo decessu in Inventario Locali flor. 865. tum flor. 85. pro necessariis expensis exolvent ideo apud praedictum Jllrem Executorem, Liquide restare florenos 774. gr. 15. advivent. Eandem Summam obligatam ad ulteriorem Jms. Capituli dispositionem conservandam pro conclusi.

Quietatio et Electio Procuratoris

Facta relatione per Illmos Calculatores de optime gesto munere Procuratorio per Illmum Cncum Dzibon, de omnibus rationibus Proventuum redditis in scripto demonstratis, quietatus est. Et quoniam incumbente Officium hujusmodi quod circa per Annos Viginti cum Summa exactitudine et notabili Emolumento gessabat: Jms. grauit, eq ob exactitudinem vires abdicatis impertit. Jms. Cap. contestatae Eidem gratitudine pro omnibus amoris Suis Ecclesiae subditis laboribus Illmi Cncum Lisiewicz dotibus suis luis meriis multis adornatum, assumpsit et elegit Cui pro adjumento in Subalternum Procuratorem Illmum Cncum Wrzoseki superad salva praemineratione in gradibus [illegible]

Prenumeratio Pecuniæ

192

Ad prenumerationem Pecuniæ ex cal-
culatione per Illos Cives Deputatos antea
ctum Procuratoribus præstita restantis
deputantur Perillus Civis Bonæ et
Fasinstus in attendentia Illorum Civium
Silvensium ad præsens electis Procuratoribus

Capitulum Septimanale 10 Julij
1770 Wölle
Presentibus Admodum Sebastiano Pichler
Cancellario Adalberto Boxa Radospeß
Maximiliano Grablerß Joannes Zayß
Josepho Telupech Matheo Jerenßek
et Martino Dienbeck Canonicis Celebre

Predicti Domini Emerserunt
Circa Apprehensionem Possessionis Arenda
Hisce diebus ab dicti Pfarr Can
Zayerich ad Desembendas Rationes Meas
AR Secretarius deputatus est

Mediolanen 80

Relatum est Summo Pō a Cels.mo Sfortia R.
Duce Sabaudiæ inante mutuo Auspicio, Rom.
Capitulo ad manus Ill.mi D. Decani redditas
esse. Jn. Capitulo. Rom.o Delegato pro
Cura interesse huius Ecclesiæ gratias
actione.m in perpet.m, et Summo cano Deo
pro Comportatam Missæ egu fuerat de
Sancta Annuntiata esse f. Sfortia Ca hu
iusmodi Concessit

Capitl Mediolani die
10 July

Vertus.

Secretum Depositum.

Utilissimum pro parte Ecclesiae Statutum a Sede Ordinaria in Tractu Visitationis felicis de Secreto Depositio conditum, sed aliquot annorum spatio intermissum, meseni Capitulum desiderans ad effectum et continuam observantiam deducere, ordinavit, quatenus comparato Sennio Summa notabilis reperiatur, eaq ad extraordinarios casus ingruentes ad tenuem mensae Statutae conservetur.

Pro Distributionibus Quotidianis flor 100 determinatis

Pro Consolationi mensae Capituli Dni Capitularibus adsentibus Aureos 4.

Elemosina Conventui, Pro Reformatoribus Aurei 2. Pro Utroq Conventu Dd. Praedicatorum Aurei 2. Pauperibus ad manus Adm Pro Aureis insis flor 30

Agneti Neophitae flor. 8.

Sebastianus Pisulewski Cancellarius notarius Praesidens mpp

Capitulum Septimanale

Die 9. Maii Obii 1784. Praesentib Per Illm Sebastiano Pisulewski Cantore Illbri Adalberto Baza Radoszewski, Joanne Stasiz Matthaeo Jasinski, Fabiano Dlugoni Antonio Sobiczynski, Josepho Lisiecwicz Scti Celebrd.

Mutuum

Annuendo peremptoriae Magiae Reipublicae Judiis Terrestris Sandomirien per Perillres Cham Baza Radoszewski expositae necessitati indultum est, quatenus Illbri Lisiecwicz Provisor Aureos Numnos 400 ad breve tempus accomodet, pretio Recepisse ab Eoq Magno Regente accipiendo et in Archivo Capitulari consordando.

Alumnatus ad Xenodochium

Causa Fatkoviana

Per cadentiæ Judicorum Radomiens. post Fo
Sancti Martini imminentium quatenus Illus
Cneus Procurator Lisikiewicz dignetur con
descendere unanimi voto impetratus est.

Petitum Illmi Cnei Wrzosek

Ad petitum supra stat. Illmi Cnei quatenus
[illegible] Praesidentia
in Domo Sacerdotum Senio confectorum &
ders permittatur indultum est.

Capitulum Testimoniale

Die 27. Mensis 9bris Ao 1784. Praesen
tibus Perillis Sebastiano Pisulewski Cancella
rio, Illmis Joanne Szaniowski, Matthæo Jasin
ski, Martino Dzierzbicki, Josepho Lisikiewicz
Joanne Wrzosek Coetis celebratum

Causa Fatkoviana

Illmis Cneus Lisikiewicz ex Judiciis Radomien
redux retulit Documenta ex Parte Capitula
ri Summarium redacta. Parti adversæ commu
nicata ac per Illmum Referentem juramento
præstito comprobata esse. Insuper Illmis Mem
bris Bonor Fatkow ad præsens Possessor
per comportationem Documentorum ad citatum
citatis venire per Praesidium Judicij
Castrensis Radomiensis integra Causa ad
Judicia Tribunalitia Regni Lublinensis re
missa est. Jns. Cap. contestata fratrum
actione Illmi Referentis ulteriorem attenden
dam et promotionem in supradictis Judi
ciis recommendavit.

Successores Liggziani

Illmis Cneus Jasinski intulit, qd in virtute
Decreti Capituli finalis Septembralis Com
planationem cum Successoribus Liggzianis insta
erit Summam ab Jsto Capitulo prædeterminatam
et in manus suas consignatam acce
pit, insuper supradictam complanationem
una cum Relatione coram Regiis Judicibus regni
exhibuit eandemq ratificare petiit. Jns.
Cap. Supradicta complanatione in omnibus per
actis approbatam in Archivio suo conservan
dam ac obnotatam prosequtis Actis inse
rendam esse concludit. Cujus tenor sequit.

Capitulum Septimanale

Die 4ta mensis 8bris 1784 ao Praesentibus Perillis Sebastiano Lisulewski Cancellario, Illis Adalberto Bora Radoszewski Joanne Szaiowski Matthaeo Jasinski Martino Dziboni Josepho Lisiewicz Cras celebratum.

Communitas Bonor Turbia

Subditi Bonorum Turbia per Supplicem Libellum ad Insigne Capitulum oblatum querulati sunt. quod a Directore Niszeni ad exolvendum pretium pro frumentis subtempus conflagrationis Bonorum Turbia in Ao 1781. subsecutae, in subsidium indigentiae ab Insigni Capitulo pro tunc Dominis et haeredibus benigne oblatis compellantur, ejusdemq; pretij ac alios detentorum ad erarium Capituli spectantium condonationem postularunt. Ins Capitulum quod praefatos subditos in statu indigentiae existentibus, multoties jam in pecunia, quae frumentis ex innata erga subditos suos clementia, quodammodo titulo Eleemosinae alia cum obligatione, aut in natura, aut pretij pro eis restituendi subsidia praestare solitum fuerat, nihilominus stante bonor praedictorum sequestratione nullam Recurrentibus declarationem se pro hac vice resolvit eandemq; resolutionem in hunc modum concludit.

Constitutio Plenipotentis

Post fata Insi Wyrzykowski munus Plenipotentis ad promovendas causas per multos annos cum omni exactitudine gestantis super subsecuto ad hoc Officium Insus Radzyszowski est electus.

Capitulum Septimanale

Die 18 mensis 8bris 1784 ao Praesentibus Perillis Sebastiano Lisulewski Cancellario Illis Joanne Zaiewski Matthaeo Jasinski Martino Dziboni, Josepho Lisiewicz Sacronicis Celebratum.

Lectitatur Illis Zaiowski

Petitum Illni Tarnowski

Illni Comes Tarnowski Bonor Orelowies et Trzevi in Cordone Cesareo existentium hares exposuit qualiter formato cum Creditoribus suis Processu Lettoritis, per Decretum proposita fit ad eligendum Creditoribus, aut Collocatio aut Tractu bonor. cum pro parte Exponentis magis utilior Collectio esse comperiat, qui Ins. Cas. in Bonis Trzeb. et Orelowies ab antiquo mediantibus Emptionibus officialis bona Summas Capitales collocatas, eandem collocationem eligat prosequi. Ins. Cas obtata petitione eum modo ea pone Regni sui administratio, et in alter nihil pro dicto Summa super iisdem Bonis super quibus originaliter inscripta et collocata deferendo esse complacuit

Die 22. Mensis January. Ao. 1705. Praesentibus Perillustri Sebastiano Piselewski Cancellario, Illustri Adalberto Boxa Radoszewski, Joanne Szumowski, Matthaeo Jasinski, Martino Dzibori, Josepho Sisikiewicz Cras celebratum

Proventus Seavestrati

Prelati et Canonici pro praesenti Capitulo congregati acepta notitia de abitu Viennam Illm Comitis Ogolinski Palatini Podlachiae Ordinum Aquilae Albae et S. Stanislai Equitis fine tractandorum ibidem negotiorum suorum in gratiosissima erga se suamq Ecclesiam benevolentia Illmi Luitis Palatini confisi censuerunt supplicandum esse Eidem, quatenus negotium sequestratorium in Augustissimo Aerario Cordone bonorum huius Capituli tam mobilium quam immobilium tractandum gratiose suscipere, et altissimam Resolutionem quam Supremum Gubernium Leopoliense literis suis ad Capitulum datis expectandam jam ab Anno declaravit, obtinere dignetur in quo negotio agendi presens Capitulum plenissimam potestatem in personam Illmi Palatini una cum provisimo cultu dat et subscribit, hac sua declaratione, atq etiam supplicatione ad id accedente ..

Capitulum Septimanale.

Die 29. Mensis January Ao 1785. Presentibz Rndis Sebastiano Pisulewski Cancellario, Illoz Adalberto Bura Radosiewski, Joanne Szaiowski, Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Antonio Sobczynski, Josepho Lisikiewicz, Joanne Urzecki Canonicis celebratum.

Gnsui Jagniątkowski.

Supradictus Gnsui Jagniątkowski multer violatae fundi bonor famier invasissem ac alios passus temerarios ex Brunette Lnedy in Possessione ejusdem existentis pullulantes ad Judicia Castrensia citatus Decreto Ejusdem Judicij ad Sepionem Grossi per duas Septimanas, ac panas criminales exsolvendas, judicatus, utriusq; panalitatis condonationem de benignitate Capituli sibi mestanda, iteratis suis postulationibus exoravit. In Cap. allecta Supplicantis appromissione, quod a similibus perpetrandis temerarijs suis passibz sed cessaturus, utriusq; panalitatem Eidem condonavit, de integro Possessi quietare hunc eorum Actu[illegible] praevia per Instantem [illegible] officiosa Quietatione [illegible] de causa ad Judicia Terrestria Vilnen[illegible] intentata, recognoscenda, & Illmi Cnor Procuratori committat.

Capitulum Septimanale

Die 5. Mensis February Ao 1785. Presentz Rndis Sebastiano Pisulewski Cancellario, Illoz Joanne Szaiowski, Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Josepho Lisikiewicz, Joanne Urzecki Canonicis celebratum.

Causa cum Gnalitte Judeorum.

Quoniam ex literis Illmi Cnor Actor Varsaviae commorantis, in causa Dnor Mansugiewicz alios Plenipotentes esse constitutos ad gravandum Capitulum Gnalitte Judeor, idcirco pro expensis, ac impensatione constituti Plenipotentis S Auctoris ad manus Illmi Cnor Actor transmittantur consilium

CAPITULUM SEPTIMUM

Die 19. Mensis Feb. 1785. Ao. Praesentibus Rndis. Sebastiano Pisulewski Cancellario, Illo. Adalberto Baza Radoszewski, Joanne Szaiowski, Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Antonio Sobczynski Josepho Lisikiewicz Canonicis celebratum.

Domus Presbyterorum Emeritorum

Ex occasione perlecti Statuti de Domo Presbyterorum senio confectorum per Sedem Ordinariam condit. illatum est, praefatam Domum reparatione singulariter in Tecto indigere. Hinc Capitulum Illmi Ordinario ejusq. Presbyterio Praeposito, indicatam Tecti inspectionem, ac omnimodam pro exigentia reparationem expensis Masae Hospitalis peragendam recommendavit.

Cultus Divinus.

Insigne Capitulum accepta notitia de Joannis Ludovici Rindi Loiowski in Schola Landomiriana Juris Naturalis Professoris, Sanctae et Orthodoxae Fidei bonisq. moribus contrarius doctrinis coram Juventute Scholastica, ac praesertim hujus Civitatis disseminatis, praeconcepto gravi animi pudore de tanta cultus divini ac Sanctae Religionis diminutione, ex motivo, quod ad se Curae Animarum primarius spectet, Illmum Lisikiewicz Canonicum Concionatorem impetravit quatenus a Concionibus pro Dicta Rndi Loiowski aliisq. cum quibus in primis conversabatur de praefatis Blasphemiis se informet et easdem in Scriptura colligere sine defectu Supremae Judicium dignetur.

CAPITULUM SEPTIMUM

Die 12. Mensis Martij. 1785. Ao. Praesentibus Rndis. Sebastiano Pisulewski Cancellario, Illo. Adalberto Baza Radoszewski, Joanne Szaiowski, Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Josepho Lisikiewicz, Joanne Wrzosek Canonicis celebratum

Communitas Sanctuariorum

Supplici suo Libello ad Insigne Capitulum obla

to retulit Hedvigim Szczudlowa Villanan Cracoviensem nuper subitanea morte ex hac vita sublatam esse. quoniam vero circumstantiae nonnullae praesumptionem ac opinionem inferant, ut non ex malitia, et crudelitate Mariti ex hac vita decesserit, pro adhibiendo modo inquirendi ad veritatem eiusdem supplicavit. Hns. Capitulum in Criminali objectione nullam supplicanti dare resolutionem declaravit, eandemq. communicari ad finem directionis speciales pro capiendo consilio

Sectam Ecclesiae remittit

Ex revisione Sectae Ecclesiae per Illos Delegatos expedita, innotuit reperiri aliqua foramina quibus mures super murum deinde solent ad aves nidos suos collocare et quo Trabes ac tegmenta tecti putrescunt, insuper Trabes nonnullae in hoc eiusdem currente ac alia materialia sub tecto reposita deperdita esse. Insuper cap. ante omnia foraminum reparationem Illis Curatoribus recommendavit. Illos vero Delegatos modestiores, per quos superius Sectae damnum commissum est peragendam praecommisit

Proventus Sequestrati

Illis Curatoribus retulit Documenta seu potius Resolutiones Supremi Gubernii deponenda ab Illis Curatoribus Asseruata transmissas esse Hns. Capitulum, quatenus ad Plenum Comitiorum Ordinis Vrennan abtinendum sine mora transmittantur recommendavit

Die 14. Mensis May Ao 1785. Praesentibus Perillis Sebastiano Lapkowski Cancellario, Illbris Sigismundo Krasinski, Joanne Szaniawski Matthaeo Jasinski Martino Dzibon Josepho Sikorowicz Canonicis celebratum

Ex lectione Statuti, sub Capite 11. de Fide Professione et Juramento in praesenti Lectione ex turno subsequenti illatum est, Dentur Scholasticum, et Cancellarium Cracoviensem, quemadmodum Statuto, nedum post duos annos Installationis suae satisfecisse, adeoque ad praecipiendum quemadmodi Sanctae procedendum ipsis injunctum est.

Insigne Capitulum gloriam in Tali Congressu
Capitulari hocce negotium jam versatum ut
ad subsequens brevi inde Capitulum re
mittendum esse censuit.

CAPITULUM GENERALE

Die 3tia Mensis Junij 1785to. Presentibus
Illmo et Rmo Dno Joanne Casimiro Lenczowski
Archidiacono, Penitri Sebastiano Pisiewski
Cancellario Albino Sigismundo Kraiewski, Al-
berto Bonifacio Radoszewski Hyacintho Kochanski
Joanne Szaiowski, Matthaeo Fusinski, Mar-
tino Dziboni, Antonio Sobczynski, Jose-
pho Pisiewicz Canonicis celebratum

Excusatio Absentium.

Vigvidem Reddi Dni Decanus Officio Re-
sidentiae Tribunalis Regni condecorandus,
Primicerius Cadentiae Judicior Referendarius non
hoc tempore se se agitantium, ac Delegatione
ad Celsimum Principem Primatem Regni ab
Insigni Capitulo praecommissa impeditus, Ca-
stos regiminis Dioecesis occupatus, Kuta-
rowski casu fortuito in itinere ad praesen-
tem congressum subsecuto impeditus, Doctor
Nowicki Visitatium Collegiatae Varsaviensis
nunc presens ad Delegatione supra attactam
peragenda condecorandus, Rmus Olechno-
vius negotiis Capituli Cathedralis Cracovien-
sis detentus, Illres Adam attendentia causa-
rum Judiciis Thesauri Regni cu[illegible] Gnaliski Ju-
dex occupatus Wrzosek itinere in ne-
gotiis suis Familiae ultra suum propo-
situm detentus, propterea eosdem Dnos
Capitulares pro legitime excusatos Ca-
pitulum declaravit. Nihilominus
Rmus Praepositum Scholasticum Wo-
dzicki, et Illres Wydrzycki Wrzosek, nulla
excusatione suffultos, ad subeundas pa-
nas Criminales in Statuto de absentibus
comprehensas condemnavit. Et quoniam
Rmus Praepositus pro prima, Wodzicki pro

quinta, Wybranowski pro quarta Schol
Lasteus contentum pro quinta vice sed de
non satisfactione Statuti de Professione fi
dei et Juramento post Installationem intra
annum prestandis, condito ac omissione Re
visionis Fundi Scholastici dotalis item intra
annum perficiendae incusantur priorem ad
unum Imperialem, alterum ad Quindecim Im
periales, tertium ad decem Imperiales ulti
mum denique pro absentia ad Quindecim
Imperiales, pro non adimpleto de Professione
fidei et Juramento Statuto ad Marcas
Centum pro omissione Revisionis ad flo
renos Centum, solvendum obnoxios esse
juxta Statuta adinvent, et quatenus Illmi
Cancellarius Procurator easdem multatas ex fru
ctibus eorumdem Absentium vindicet, con
clusit Et licet eidem penalitati prout
Penitus Scholasticus Illmi Cancellarii Zayus
ki subjiciendus esset, nihilominus propter
excusationem dictum missivis Eiusdem Illmi
mus ultimarie pro Excusato declarabi
tur, de obligatione prestandi in persona
Juramentum et Professionem Fidei per Illmum
Cancellarium Sobeynski moneatur conclusum
est.

Cultus Divinus

Illmus Dnus Archidiaconus Indulgentiarum
pro die 2da Juny concessarum ex Bullario Ordi
nis Patrum Predicatorum desumptas exhibu
it quarum tenor et obtogventia de verbo
ad verbum cum descriptione prefatas Indulgen
tiarum in Actis Capitularibus sub do 1646
connotata concordari est adinventus.

Anniversarium Zuchovianum

Illatum est utrum Anniversarium pro Ani
mabus Penitentium olim Zuchowski Archidia
coni Dąbrowskia Leopoli Falangi pridie Ca
pitulorum finalium Reductione Sedis Ordina
rie absolvi determinata, stante ademptio
ne bonorum Zabno, alia vero pro quibus ab
solvendis census super bonis in Cordone sese
ros locati sunt, absolvenda sunt, an pro
dispensatione ad Sedem Ordinariam recur
rendum. Ins. Capitulum gratificandi sup

rorum Benefactorum munificentiam
herendo dispositioni Capituli Gnalis an. 1770
subsecutis, quamvis precipuus Fabricae
Ecclesiae fundus videlicet bona Zabno pen
tus sit adempt[us] Anniversaria pridie Gnal
um Capitulorum adhuc absolvi consueta,
absolvenda esse ordinavit, Consolationem
pro Utroq Anniversario ad florenos 80mo
derunt. Respectu vero aliorum quorcum
in Londone Caesareo perierunt ad quatuor
Archidiaconum Auditorem et Judicem Matu
Cracoviensem, brevi prope Pandominam
venturum aut pro obtinenda dispensa
tione aut pro annexione Anniversario
quot Fundationes perierunt, recurrat
conclusum est.

Anniversarium Lugzianum

Memorando amplissimam Sortibus olim
Lugza Archidiaconi erga hanc Ecclesiam mu
nificentiam, inherendo dispositioni Capituli
Gnalis Ao 1770 celebrati ut Anniversarium
unius Noctis cum Missa cantata, et Missis
lectis per Dnos Capitulares praesentes pro lon
si a Summa 6. millium apud Illmum Opo
linskii Palatinum Podlachiae haerente, et
inde post fata Nobilis olim Casimiri Lugz
kii, ejusq uxoris, ad hoc Capitulum devenit
sub tempus Capitul Gnalis in Junio absol
vatur, ac ex eadem ipsa Eleemosina inter
H. Pauperibus praefato Anniversario interes
tibus distribuatur, innovatum est.

Delegatio ad Celsmum Primatem

Ad praestandam nomine hui Capituli Celsmo Pri
mati ac Excellmo Dno Primati Regni recog
nitionem, nec non ad explananda in negotiis
Ecclesiae Capitulig desiderata Bonus Primi
cerius, et Lentini Cracov Canonici hac con
clusione delegantur.

Bona Opoczka

Illris Cracov Casimiri retulit Scopulos a
pariete Bonor Rachow et Jakubowice in

mente Decreti Commissionalis anno proxime elapso prolati, terminatoj esse, jam vero ex parte bonorum Oppida majori, siquidem inundatione aquarum hoc in anno aliquoties subsecuta praesumuntur esse deteriorati, aut deno vati, ad tenorem Complanationis & revisionem et in attendentia ubivis parvis earum reparationem necessariam esse intuli. Ins. Cap. audito Illmi Referentis relatione negotium expediendae revisionis Sordin Cas Kochanski in vicinitate praefatorum Bonorum manere cum admiculo Illmi Caes Wrzosek Procuratoris, et literis suis Mus Dispositionis ad peragendam renovationem mentatae praecommissit.

Causa Falkoviana

Siquidem causa respectu 40m. a Succibus Maszkovianis Ins. Capitulo intentata ex relatione Illmi Caes Lesniewicz ad Judicium Tribunalitia Lublinensia est remissa, ut Conferentia cum Jurisperitis Lublinensibus instituatur innovatum est, & ad conferendum in praefato negotio Illmis Caesis Jasinski praesente Conclusione est Delegatus.

Causa Perlin Nowicki

Siquidem Perlin Nowicki adventus ad Capitulum Forale celebrandum indubitate speratj, ideo negotium circa aedificandam Curiam ad supradictum Capitulum reservatur.

Annus Gratiae Czernianus

Ex relatione per Illmum Caesum Procuratorem facta innotuit, multa in recuperando a Successoribus Czernianis Anno Gratiae occurrere difficultates, nihilominus idem Illmi Caesi Procuratores, ut ad Deum Jacentes Causae exitum Omnipotente de modo formam ulteriorem Processus conferat, recommendatum habet.

Xmae in Districtu Opoczensi

Quoniam Illmi Caesis Sobczynski casu fortuito in itinere detentus pro Judicio Opoczensi non fuerit celebrates, condescendere non potuit,

saltem per Literas mi[ss]iva[s], quo in gra[n]
causa intentate maneant Dnus Ren
poterius requirat in eventu autem ex
absentia Ill[m]i Referendi succubitionis
me[n]satas causas subsecutie eundem prout
suos resuscitare procuret commissum
obtinuit.

Proventus Sequestrati

Quoniam nulla spes recuperandorum bono
rum et Proventuum in Cordone Cesareo exis
tium affulget et ex eis in Judicijs Jubsum
Leopolienses nulla Juris causa promover
da subsequetur, idei Ill[m]us Cncus Sebzyndi
in virtute Decreti Capitularis Mali Ao 1783
prolati de modo recuperandi Quotas
Aureos 60. ante contestationem Litis
cum Celsmo Principe Lubomirski intuitu
graniterum bona Turbia reposita, pro
videat, a memoratam Summam a Dno Tur
zyanski Plenipotente vindicet, conclusum
est.

Causa cum Judaeis Judeorum

Retulit Ill[m]us Cncus Procurator, Documenta
ad Causam respectu 20[m]. spectantia, a Dno
Manugiewicz recuperata esse, et in hac ipsa
dem aliam per Ill[m]um Cncum Alexan constitu
tum Plenipotentem, ac cum eo conferentiam
peractam esse ex qua resultatum, quate
nus ad Judicia Thesauri Regni Notta pro
resuscitando cum Judaeis Judeorum
esse tradatur, cujus obtenta resolutione
Processus inchoabit. Hns. Cap. collaudata
Ill[m]i Referentis solicitudine ulteriorem pro
dem causae promotionem Ill[m]o Cncto Procurato
ri recommendavit.

Synagoga Judaeorum Sandomiriens.

Liquidem Summa 2[m]. per Ill[m]um olim Bro
dnicki super Synagoga Sandomiriens inscri
pta, intuitu cujus ad Judicia Castrensia
Citata exhibit, alteri Summae Capitali

qua census percipitur celebrata esse comperitur, ideo Sententiae Judicij fine majoris in hoc negotio elucidationis subsistatur conclusum est.

Debitum apud Ensum Malczewski

Ad tractandum cum Nro Malczewski regrendumq de extradendis Quietantiis Authenticis, ac recuperandum residuum in decretis anterioribus connotatum deleganter Illris Dnis Jasinski et Lisiecicz Procurator, in casu vero renitentiae priem. Sor adimplendi quatenus ad Judicia Capitanea, citeq conclusum est.

Xma in Smiechowice.

Inchoati processus in Judiciis Terrestribus Visliciensibus respectu Xmae ad Eccles Samborzecensem spectantis continuatio et attendatio, ad reservate Mco Rdo Superiori ejusdem interessa amicabili emenda vel compositione Illris Dnis Procuratoribus recommendatur

Argentum conflatum.

Obrationes bene visas suspensa argenti conflati ponderatione quatenus specificatus frustrorum ejusdq argenti actus presentibus inseratur conclusum est. Cujus specificationis tenor est talis. 1mo Sztuk adinstar orzeszek większych, równych niby Sztuk Pięć. 2do. Sztuk mniejsza. 3tio Siodma jak dno Talerza jedna. 4to. w Zbanuszki łańcuszek srebra równych niby Sztuk Pięć. 5to większych jak pierwsza Sztuk Sto. 6ta większa ze wszystkich jedna. 7mo Najmniejsza ze wszystkich jedna. 8va Summa wszystkich sztuk Siedmnaście.

Samborzel.

Reparatio Ecclesiae Samborzecensis juxta ordinationem Visitationis Nris ac Sanctae Capitulares jam inceptae est, quae pericuenda dexteritati Illris Dnis Procuratoris committit. In continenti Matrem, quod annus fuerit fovea Presbyter, qui tam numerose populo impleno spirituali commoditate sufficere non

non potest, proinde, ut alter Vicarius nec-
ris commoditatis Spiritualis gratie in adju-
torium presentaneè foveatur institutum est.
Insigne Capitulum subueniendo necessitati
Parochiæ in adjutorium moderni Vicarij
minime localem alterum Presbyterum fove-
dum esse concluxit. cui Annui Salarij flor
300. ex massa communi ac insuper flor
100. ex massa Hospitalis pro absolvendis
ac intentionem Fundatoris Missis centum
consignandis esse ordinarunt.

Officina Lateritia

Latum est ex parte Perillis Bonorum
Kamien Tenutarij Officinam Latericiam
nimis desolatam esse, et quod predicta de
solatio per quosdam Subditos sit causata
deprehensum esse. Ins. Capitulum ad pro
agendam sine mora ejusdem Officinæ re-
sionem Illres Cancs Sobczynski et Disku
wez Canonicos deputarunt, investigandum
per quos causatum sit damnum, ac pro
ulato condigne puniendum, ac sub grave
bus pœnis inculcandum, ut ab inferendis
similibus abstineant. Qui Illres Dele
gati præmissa executi, necessariam ejus
reparationem intulerunt. Ins Cap. re
vra materialium per Artificem determina
dorum conductione indilatam prefatæ
Officinæ Illri Cneo Procuratori expend
Capitulo pro agendam reparationem recom
mendarunt. Nihilominus Illres Cnei Delega
ti antegvam allegata reparatio in debitæ
Adm Rndi Patrem Provincialem, de obli
gatione per ipsum assumpta supradicta
Officinam in optimo statu restituendi re
gerant impetrati sunt.

Cetera Obstacula in Vistula

Constat Insigni Capitulo obstacula
sub granario murato inundatione aquæ
deteriorata esse, nihilominus Illres

Procurator solicitudinem suam in reparandis ut res oculis subiecta esset convertit, quare reparatio ut perficiatur recommendatum est.

Tectum Ecclesiae

Decretum Capituli Septimanalis super faciendâ indagatione per quem cavatum sit damnum in materialibus sub Tecto repositis seu in robore conservat et ut ad effectum deducat Illtis Delegatis recommendatum est.

Reparatio ab extra Eccles.

Decreta de reparandâ ab extra Eccles circumdante but pulem innovanda, et Dextenda si commoditas se offeret Illustrissimo Procuratori committitur.

Consensus in ordine ad assumendum Coadjutorem Pœnitentiarii

Quandoquidem Illus Adm Andreas Martinus Dziboni Canonicus Pœnitentiarius enixe exposuerit, se ob causas rationabiles, signanter tamen quod sit Sexagenarius, et corporis ex eo frequenti debilitate prepeus Coadjutorem perpetuum cum futura Successione servatis servandis Adm Andream Martinum Fabianski Ecclesiae Parochialis in Borow Curatum, et Capituli Secretarium, vitae probitate, et aliis dotibus cumulatum assumere, et sibidem eandem coadjutoriam non aliter, nisi previis ad id Officii Curiae Episcopalis Cracoviensis benigno assensu inscribere velle. Insuper Capitulum supradictis Illtis Adm Andr Dziboni sanctis petitionis detulit, et ad cum effectum speciali jure Patronatus Capituli Literas consensus extradendas expedivit.

Consensus super levandis Summis Capitalibus

Illtis Actus Procurator Consensum Sedis Ordinarii super levandis Summis Capitalibus in Cancellaria Curiae Episcopalis obtentum exhibuit sed quoniam Illtis Dzbski Bonus Land-

dowie

dowie, Krąbowski Nadaurice hereds, in vim retentorum censuum aliquam summ exsolverunt residuum vero indebitate pe Festo Natiuitatis Joannis, se enumerandu ros, subministerunt, ideo Processum jam cum eisdem Dmis Possessoribus suspendendum esse censuit. Jam vero cum Dna Ostrowska alias bona Ostrołęka possessionalia, quorum aduc pro retentis annis nullam satisfactionem obtulit, nec ullum super suspendendi Processu recursum fecit, ideo processum jam perdictum executioni dandum sententiatum est.

Lalus in Popowice

Petitio nomine Dnae Bellewicz super prorogando Contractu super pratis et lacu oblatae resolutio ad Dominum Locum Nouicia reservatur.

Legatum Rdi Witkowski

Decreto Capituli immediate elapsi Summa ex Legatis Illmi Cruciferatus Executoris in quota fl. 774 gr. 15 denar. venta quatenus Illmus Cruciferatus Procurator de manibus praedicti Illmi Executoris levet et in Procuratione Oranis deponatur dispositum est.

Secretum depositum

Decretum anterius prolatum suo in robore conservatur.

Hospitalia SS. Petri et Hieronymi

Siquidem supradicta Hospitalia per Decretum Visitationis Sibi inspectum et attendentes Insignia Capituli sunt commissa ideo revisionem expediendam eor Hospitalium declarant ad quam peragendam Illmum Cruciferatus Delegant

Consolationes Dmis Capitularibus adestibus per Aureos Quatuor determinatis Eleemosina Conventibus PP. Ref. Aureos 2. Pro Ubog. PP. Praedicator Aureos 1. Cum adn. Rdo Fabianelli Secretario.

Paupertibus ~~ostiatim~~ flor 30. distribuendos
propter missa Pędostawskie f. 6. alteram
Devotionem f. 4 distribuant.

Sebastianus Pisulewski Cancellarius
Capituli prefatae Praesidens.

Capitulum Septimanale.

Die 2. July 1785. Praesentibus Dno Illo Sebastiano Pisulewski Cancellario Illo Adalberto Bazi Pawazewski, Joanne Szaiowski Matthaeo Jesinski, Martino Dziboni Antonio Sobiszynski, Josepho Lisikiewicz Concii celebr.

Causa Fatkowiana

Adcitatio Capituli ad Judicia Tribunalitia Regni Lublinensia ex parte Illmi Mci Dbo insti in Oppido Tarnow posita, etiude Illmi dominium transmissa in praesenti Capitulo lecta est. Ins. Cap. re bene perpensa cum Jurisperitis praesertim Lublinensibus, ubi vicinius adcitandi sunt, tam praesens Actoreis quam Illmi Mascłowscy ad supradictum Judicia conferendum esse decrevit.

Capitulum Septimanale Die 9. July 1785. Praesentibus Dno Cancellario, Illmo Joanne Szaiowski, Matthaeo Jesinski Martino Dziboni, Antonio Sobiszynski Josepho Lisikiewicz Concii celebratum.

Census ex Lipowa.

Illatum est, censum a Summa Capitali duorum millium f.p. ab immemorabili tempore retentum, perducto Juris processu ad Summam Mille f.p. reductum, a Possessore eorumq. bonor nunc exsolutum esse et de ~~modo ad~~ cam massam applicandum sit de modo adinveniendo instatum est. Insigne Capitulum. Siquidem unum mille ex Summa Capitali spectat Massam Distributionum, ideo Quingentos florenos praefatae massae annectendos esse, Jam vero alterum mille siquidem pro absolvendo Anniversario pro Dno Sebastiano Komecki inscriptum sit, ad massam Anniversariorum spectare debet Sed quoniam ex eo quod multi Dni Capitulares

qui ~~absol~~ medio Anniversario presentes adve-
rant, vita functi sunt, ideoq difficilis par-
titio evenire, proinde quatenus superstites
entes in superstites Dnos Capitulares pro ra
tione cor adsentiae in libro Praesentiar ad
notata distribuantur, Trecenti versus in
suffragium Defuncti pro absolvendis Tri
bus Anniversariis Cum Nocti. et missis
per Dnos Capitulares praesentes legendis, con
vertantur ordinavit.

Capitulum Septimanale die 16 Julij
1785. Praesentibus Penlln Jllbo Sebo Pisulowski
Cancellario Adalberto Boxa Radoszewski
Joanne Zaiowski Matthaeo Josinski Martino
Dziboni Antonio Sobczynski Josepho Lu
kiewicz Joanne Wrzosek Cnen celebr.

Anna in Smiechowice.

Ad investigationem agror Cmethonalium
ex quibus Decima manipularis ad Ecclesiam
in Sambozzee spectat, nunc autem admodu
rum et medialibus agris permixtis, nec
non ad inveniendam cum Meo Szczepanowski
ejusq Villae haerede circa persolutionem hac
tenus retentae decimae ~~conventionem~~ ac re
solvendae quoties pecu compositionis fra
posterum exinde agris, ~~in natura~~
Dni Jllbus Cnen Dzibom Sobczynski una
cum Jllbo Procuratoribus, non obstante eorum
absentia delegantur.

Capitulum Septimanale die 23.
July 1785. Praesentibus Penlln Seb. Pisulowski
Cancellario Jllbo Joanne Zaiowski, Matthaeo Jo
sinski; Martino Dziboni, Antonio Sobczynski
Josepho Lisikiewicz Joanne Wrzosek Cnen Celeb.

Annus Gratiae.

Ex occasione Lecti Statuti de Anni gratia
a Dnis Capitularibus post cenam vel decessum
ad mensam Fabricae Ecclesiae solvi debita
ut a multis Dnis Capitularibus, videbitur Pe
llbo Scholastico, Jllbo Janczewicz, Kusto

Grabkowski Ospewski, Minorbi ~~nomine~~ adsignate exsolutum nonesse. Insigne Capitulum vnn Dictationem Annor Fratue ad teroren Statu tu apud Illos. Successores Illbus Cnes Prou ratoribus recommendauit.

Census ex Wąworkow.

Licets Decreto Cassensi d. 24. Mensis Maji Ao. 1784. Iato injunctum sit, quatenus Mag Dąbrowski praefator bonor hered ab ultima Quietatione a summa 4. millium fp. super iisdem bonis locata censum retentum ad mentem Legis novellae exolvat nihilo minus fps. -ap. attentis Mei Recurrentis crebris postulationibus, ut pro 4. Annis juxta Decretum Potentiss, pro uno ad mentem praelibati Decreti exolvat indulsit.

Xma in Miechowice.

Illbus Cnes ad investigationem agror Cme Thoralium deputati retulerunt. Duor Cmetho rum agros Praedialibus coadnatos esse. Meumq hereden Xma ex iisdem Agris spectante f. 36. quovis anno solvendos folummodo offerre. Hs Capitulum Sigi dem ex acceptatione oblatae Summae ad sio Proventuum Samborzecen Eccles se queret, idem Processum pijs pro inchoa tum continuandum esse decreuit.

Capitulum Septimanale

d. 6. Aug. 1785. Praesentibus Illmo et Rmis Joanne Cantio Leniczowski Archid. acono, Theodoro Sadzicki Scholastico Cr Illbus Illbus Sebastiano Lipskowski Cancell Adalberto Baxa Radoszewski, Hyacintho Kochanski, Joanne Zaionski, Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Antonio Sobczynski, Josepho Lisiewicz Joan ne Brzoski Cnis celebratum

In Dei

In quo Amdus Scholasticus ad primum
locum hujus Capitularis ingressum om-
sa fide, Professione, juxta Statuta Capitu
laria juramentum solitum, super Sta
tutis Capitularibus servandis, et secre
tis non revelandis explevit

Plenipotentia

Ad obeunda ex stallo suo circa hanc
Ecclesiam sibi incumbentia munia
Amui Scholastici Plenipotentia
Perillus Cacos Rochanski et Sobczyn
ski constituit

C.A.P.I.T.U.L.U.M. S.P.I.M.A.N.E.

d. 27. Mensis Augusti 1785. Ao Praesentibus
Perillis Sebastiano Pisulewski Cancellario, Alber
ado Bosza Radoszewski Joanne Krajowski
Matthaeo Jasinski, Martino Dziboni, Josepho
Lisiewicz Cruc. celebratum.

Communitas A.P. Vicariatum.

Adm Andus Oborski supradictae Communitatis
Vicet Praepositus Andum Wojciechowski ad hoc
Praeside expleto idoneitatis ejus ad prae
dum p Statuta praefixo tempore, ac exhibi
to super probitate vita et morum testimo
nio praesentavit, ad dictae Communitatis
admitti petiit. Hns. Cap. attentis supradic
ctis testimoniis supradictum Praesentatum
admisit.

C.A.P.I.T.U.L.U.M. G.E.N.E.R.

Die 9. Mensis Jbris 1785 Praesentibus
Illmo Joanne Cantio Lenczowski Archidiaco
no Perillis Sebastiano Pisulewski Cancellario
Albino Sigismundo Kraciewski, Adalberto Bo
xa Radoszewski, Rmo Gregorio Kulagowski Ca
covien, Hyacintho Kochanski Joanne Kra
jowski Matthaeo Jasinski Martino Dziboni
Antonio Sobczynski, Josepho Lisiewicz, Mi
chaele Arsan Joanne Wrzosek Cruc. celebr.
Alexandro Nowicki Varsavien. tum

Excusatio Absentium.

Religiosorum Dnorum Capitularium absentium discutiendo allatas tum per literas missivas tum per suos Internuntios rationes sequentes determinata sunt. Primo Praepositus, uti nulla ad suum Capitulum oblata excusatione suffultus ad subeunda poenas criminales in Statuto de absentibus comprehensas, subiet ad duos Imperiales exolvendos condemnatus est. Illmus Primicerius, licet per suum Internuntium excusatus et pro excusato declaratus, interea tamen Illmo Praelato obligatus condescendi pro Capitulis Maiibus, aut saltem Literis missionis pro quolibet absentiae suae vice transmittenda excusatio, nec non ad fundo Praelaturae incumbentia onera adusq non exsoluta, insinuentur, recommendatum est. Dnus Scholasticus, licet nulla legitima ratione suffultus absens comperiatur, quia tamen circa praestitum non prudem Juramentum moderne absentiae veniam impetraverat, pro excusato est iudicatus. Dnus Woyciki hujus Collegiatae Canonicus pro sexta vice absens juxta tenorem Statuti ad 20. Imperiales exsolvendos adbitur. Dnus autem Wybranowski siquidem pro quinta vice absens nontantum absentiae suae rationes explanare aut per Dnum pro tempore tentem aut Literis intermittit, verum toties requisitus ab Illmo Procuratore Missalia nuncupatae pensionem Subsidium Charitativum et alia fundi sui onera exsolvere contemnit, ideo Proventus fundi ejusdem Canonicalis Segnestrandos esse duxit idemque questrum quam primum expediendum Illmo Procuratori praecommisit. Illmus Czaykowski siquidem ex relatione per Illmum Cnum Adsan facta se brevi ventunum, ad praestandum in persona Juramentum pollicitus est, proinde respectu supradicti Dni Canonici Conclusionem Capitularem suspendit. Insuper cum supramento

rali Dni Capitulares ad obeunda ex stat
sibi incumbentia munia Plen. potentes n
Actis Capitularibz constituere intermiserint
eosq; rigori Statutor hor impunctis sanito
rum obnoxios esse declaravit, et ad men
tem Statuti mulctam pecuniariam pro
neglecta Plenipotentium constitutione ab
usq; exigendam pro re Sacrae sanxit.

Cultus Divinus.

Illmus Comes Gabrielis Palatinus
Podlachiae inter alia propensionis suae er
ga Ecclesiam contestatae documenta, alta
re satis elegans, & multum decoris affe
rens cum Reliquiis Sanctorum dono ob:
tulit, et huic Sandomiriam convehi fecit
Insigne Capitulum ultra gratiarum actionem
literis missivis suo Gratiosissimo Bene
factori jam contestatam, donum supra
dictum ad aeternam memoriam Actis
huius annotare, Illudq in majori al
tari collocare ordinavit.

Summa Capitalis super Gnoyno.

Mcus Rupniewski Judex Terrestris Sando
miriens. Summam Quingve millium f.p.
super bonis Gnoyno mediante Inscripti
one officiosa locatam habens et eam sum
mam ex praefatis bonis levare, et in
bona Mei Antonii Niemierycz Genero su
transportare intendens, literas suas ad
praesens Capitulum ordinatas conspexi
ex quo necessarium ad praefatum negot
tium peragendum prospexit. Insigne
Capitulum vobis Mei Reverendi Ad
monendo summopere securitas Summae Ca
pitalis, et accurata census ab eam Summa
provenientis exolutio praecustodiant, re
levationem et translationem in bona
Mei Niemierzyc consensit et ad confici
das Transactiones Illmum Comitem Procurato
rem deputavit.

Delegatio ad Celsmum Primat.

Illmus Jorzensku Regni Referendarius, huius Collegiatae Primicerius. Decreto immediato Sntis Capituli ad recognitionem nomine ipsius Capituli Celsmo Primati prestandam in petratis, siquidem ob legalitatem ejusdem suis e narratis precommissa exegi non potuit et equitq exequenda tempori preposterq subsecutum est, ideo effectuatio predelegati Decreti pretermittitur.

Anniversaria

Decretum superfaciendo recursu ad ledem Ordinariam intuitu Anniversariorum pro quibus absolvendis Capitulo Summorum Cardone Cesareo locatae sunt aut reducendae aut aliis annectendae innovatq

Psalteriatus

Ad Psalteriatum post assecutionem Alterius Beneficii per Rndum Zgrzebniskum vacantem Andreae Isidori Kwosowski Presbyter Dioceseos presentatq Literae Presentationis extradendae conc[illegible]

Calculatores.

Ad recipiendas rationes ab Illbo Lesniewicz et Wrzosek Cnco Procuratore Illbi Cnci Jasinski et Dzibon deputantur.

Bona Bovzka.

Decretum intuitu peragendae Sequlor a pariete Bonorum Bovzka major erectorum renovationis prolatum innovatum Et in continenti iisdem ad Supradictum Actu Deputatis Illbis Canonicis praecommittitur, quatenus super querelis subditorum occasione injunctorum ei ad labores supra Inventarium eorumq per Cancellariam Cracovien[illegible] coactionis totes ad praesentes Capitulum per supplices libellos delatas, in loco loci investigent cognoscant et decidant hac conclusione ad praemissa mediante.

Causa Falkoviana.

Illres Canc. fasinski et Lisikiewicz muni
re Delegationis ad instituenda cum Juris
peritis Lublinen. conferentia Juncti retu
lerunt, in Residentia Illmi Praesidis, con
ferentiam cum Mecenatibus Tribunalis
Regni institutam, ab iisdem omnia Doc
menta lecta et seriò tractata esse, ex
quibus decisum est, Insigne Capitulum
ab impetitione Sacerum Mas[illegible]kowiano
hoc tempore liberum evasurum, et in
sequelam premissor, si circumstantia et
negotij status postulaverint, Citatum
Mei Maszkowskim et Zbromskim ad
Judicia Tribunalitia Lublinen. edendi
provinciam in se iidem Juris periti as
serunt, imo insertionem ea partela
pitali in Registrum vocandar causarum
procurarunt. Insigne Capitulum au
dita Illrium suor. Delegator relatione
contestata Illmo Suo Praesidi pro inter
posita Sui circa hoc negotium Author
tate / solicitudinem suprascriptor Illrium de
ferentium debitis cumulando laudibus
relationem hanc obtinformationem Posse
ritati inserere Actis sui mandavit.

Causa cum Sueuibus Germanis.

Siquidem Citatio Sueuibus Germanis intuitu
Anni Gratiae ad Judicia Castren. Cracovien. inti
mata ex eo quod fundus Wygoda nuncupatus
civili Jurisdictioni sit tantum subiectus, pro
legitima non sit adinventa utrum suprascri
ti Sueuen ad Judicia Civitatensia Cracovien. pro
vocari non possint. Omnipotens consu
lendus in eventu autem non prosequendi hanc
Sueuen ad Judicia praefata, Mei Mulczan
ski pro comportanda complanatione in
ter se et alios Concreos confecta, qua
Edicti pacis exclusis Anni Gratiae praeam

...ese exhibit ad Jud... Cesper Sandom
...citatur consultatum est...

Xmul. in Districtu Opoczneñ

Illm Comes Sobczynski ad vindicandas Xmas in Districtu Opoczneñ Situatas constitutus Plenipotens referri retulit de jure Jurisdictionis Communicatarum Documentor juramento comprobandis obligatum fortitudinem in itinere subsecutum non potuisse condescendere ea ex Causis Processum intentatas evanescere, intulit. Hos. Capitulum Illm Delegato quatenus literis suis Dnis Plenipotentiariis, quo in gradu causa praefata consistant requirat et pro resudendo Processu medium adhibeat, recommendavit

Quotta 60 Aureor.

Decretum de vindicanda per Illm Comitem Sobczynski a Dño Joannis Quotta 60 Aureor ad inchoandum cum Illmo Principe Lubomirski Processum reperta et assignata fuit in nihilo conservat.

Causa cum Matte Judeorum.

Illris Cracs Adsan retulit, in Judicium Regni inter Creditores aburne et alios Judeos ab altera parte, pro actionem Decretum quo Concurrentes omnium Creditor, seu partium gratia condescendo ad legendas in Summa Capitulo ac Terminales est inserta virore cujus Decreti et Causae recepta 20 p. Januarii Capitulo remissa est. In qua Commissionem peragenda attendendum et promotionem esse necessariam intulit. Hos Capitulum audita supradicta relatione collaudat Illm Referentes circa hoc negotium solicitudine, attendendum et promotionem hujus negotii una cum Illm Comite una cum Dno Loga pro parte hujus Capituli constituto Plenipotente recommendavit

Synagoga Sandomiriensis

Ad postulationem quam exhibuerunt

a Synagoga Judeor Sandomirien delatis
ut Causa n. Judicii Castren Sandom
promoveri incepta respectu Summe
Capitalis d. mr. fp. suspendat indultum ff
Altera autem causa respectu bc. fp.
ac Idem pro Recognitione Jurium La
rochiae spectantes in Judiciis Terrestri
bus quatenus sedulo prosequatur
recommendatum est.

Debitum ex locatione Granar

Siquidem Dnus Malczewski pro solvendo
debito ex locatione Granar provocavit ad
Judicia Castrensia Sandomir citatus absque
processu Juris, amicabiliter negotium
supradictum sopire intendit, et precibus
ad hoc Capitulum delatis causam or
tentatam suspendi petuit. Ds. Cap. ex
sua benignitate Votis Decurrentis annu
endo ad calculationem cum Eo instituen
dam (disputandum et inspiciendum) et ulterius
determinandum Dnus super actum negotium
dare dentes Cancellarium una cum Illo
Loco Dzikowi impetravit. (Capitulum vero ut
tanto suspendere noluit)

Ima in Smiechowice

Decretum Capituli Septimanalis de con
tinuando Processu respectu Ime ex agra
diorum Smiechowien Predialibus vadian
tis ad Bielca Samborzecen spectantibus ap
probatur, et Processus eosdem prosequi in Judi
ciis Terrestribus recommendatur.

Ima in Rzyc

Illatum est ex parte Illmi Dni Dni Be
nedicti Samborzecensis Tenutarii, Villanos
Rzyenses ad Capitulanceatum Sandom. spe
ctantes in anno Curenti Imam Manspu
larem nolle Curribus ad Curiam Pala
tinalem Samborzecen. ad quod ab antiquo
mo tempore per eosd. Ima conducebat
conducere, in eor negotio qualiter provi
dendum sit pro advenicndo modo inst
tum est. Ins. Cap. praevia Manifesta
tione ad dicta Castror contra eosd. Villa

nos super temerario eorū passu deferenda
ad Judicia Referendaria Regni attendere
concluserit.

Samborzec.

Retulit Illmi Cnāi Procurator Ecclesiam
Samborzecen. abextra fulcris strappy mu
cupatis corroboratam esse Altare superflu
um ad tenorem Decreti Visitationis Illis a
motum, suggessitve ad emendandum verbū
Dei, Scamna ad meliorem formam pro
pter majorem Ecclesiae decorem redacta
ulteriusq; gore indilata reparatione indi
gent perficienter. Insigne Capitulum
solicitudinem Illmi Cnei Procuratoris cir
ca Eccl̄am Samborzecen. collaudando con
tinuationem operis inceptī recommendand
in contenente nomine Illmi Archidiaco
qua Tenutary Beneficii Samborzecen. illa
tum est. Eundem Illmum stante sua ad
